



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Concha Dvodecim Margaritarvm

Coloniae, 1649

Margarita I. Pura Intentio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55155](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55155)



MARGARITA I.

Pura Intentio.



I copiosos gratiæ
Dei thesauros vobis
comparare velitis,
Sodales optimi, pri-
mo omnium habe-
te bonam in cun-
ctis operibus inten-

tionem, & omnia bona erunt; id quod
Oculus simplex laudatus Matth 6. satis
indicat. Si dictum probatis quia verum
est, quia maximorum meritorum, In-
tentionem bonam, ac sanctam sic vo-
bis per hebdomadam variare potestis.

Die Dominico. Omnes vestras cogi-
tationes, verba, ac opera Deo creatori
vestro offerte, in gratiarum actionem
ob beneficia ab eo accepta.

Luna. Pro salute Parentum & Ami-
corum.

A 2

Mar

4

MARGARITÆ

Martis Pro benefactoribus corporis ac animæ.

Mercurij. Pro animabus in purgatorio existentibus

Iouis Pro Ecclesiæ Victoriâ contra hostes.

Veneris. Pro omnium conuersione peccatorum.

Sabbathi. Pro cōdiscipulis, & cōsodalibus.

MARGARITA II.

Vnitio operum cum operibus Christi.

HÆc vnitio maximi est momenti. Nam opera nostra cum operibus Christi, & Sanctorum coniuncta ex terrenis fiunt cœlestia, & quodam modo deificantur, sicuti gutta aqua in vas vini immissa in vinum transmutatur. Dum ergo vestra Deo quotidie offeritis, si ei grata cupitis, numquam nisi sic vnita offerite; sic enim ingentes meritum cumulos vobis coaceruabit

MAR